

The *Lucula noctis* Project  
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/LN/index.html>)

## Discere h

Et iterum dicit idem doctor [Hugo]:

“Quid est quod ex tanta turba discentium, quorum multi et ingenio pollent et exercitio vigent, tam pauci inveniantur quibus ad scientiam pervenire contingat?

Sciendum est quod in quolibet negotio duo sunt necessaria, opus videlicet et ratio operis, que ita connexa sunt ut alterum sine altero aut inutile sit aut minus efficax. Verumtamen melior est, ut dicitur, prudentia fortitudine, quia et pondera aliquando que mouere non possumus viribus arte levamus. Sic nimirum est in omni studio qui sine ordine et discretione operatur: laborat quidem sed non proficit et, quasi aerem verberans, vires in ventum fundit. Aspice duos pariter silvam transeuntes, et hunc quidem per devia laborantem, illum vero recti itineris compendia eligentem: pari motu cursum tendunt sed non eque perveniunt. Quid autem scripturam dixerim nisi silvam, cuius sententias quasi fructus quosdam dulcissimos legendo carpimus, tractando ruminamus? Qui ergo in tanta multitudine librorum discendi ac legendi ordinem non custodit, quasi in densitate saltus oberrans, tramitem recti itineris perdit; et ut dicitur, *semper discentes et nunquam ad scientiam pervenientes.*”

*Lucula noctis*, 5 (E. Hunt ed., p.42, ll.73-81).

Quid est quod ex tanta turba discencium quorum multi et ingenio pollent et exercitio uigent tam pauci inueniantur quibus ad scienciam peruenire contingat?

Sciendum est quod in quolibet negocio duo sunt necessaria, opus uidelicet et ratio operis, que ita sibi connexa sunt ut alterum sine altero aut inutile sit aut minus efficax.  
Verumtamen melior, ut dicitur, prudentia est fortitudine quia et pondera aliquando que uiribus mouere non possumus, arte leuamus. Sic nimirum est in omni studio. Qui sine ordine et discrecio operatur, laborat quidem sed non proficit, et quasi aerem uerberans uires in uentum fundit. Aspice duos pariter silvam transeuntes et hunc quidem per deuia laborantem, illum uero recti itineris compendia eligentem, pari motu cursum tendunt sed non eque perueniunt. Quid autem scripturam dixerim nisi silvam cuius sententias quasi fructus quosdam dulcissimos legendo carpimus, tractando ruminamus? Qui ergo in tanta multitudine librorum discendi ac legendi ordinem non custodit, quasi in densitate saltus oberrans tramitem recti itineris perdit et, ut dicitur, semper discentes et nunquam ad scienciam peruenientes.  
Tantum enim ualet discrecio ut sine ipsa et omne ocium turpe sit et labor inutilis.

Hugo ibidem (didascalicon) libro V.

*Manipulus flororum*, Discere h

dicendumque  
est quid sit quod ex tanta turba discentium, quorum multi et ingenio pollent et vigent exercitio, tam pauci et numerabiles inveniantur, quibus ad scientiam pervenire contingat.

Hugo de sancto Victore, *Didascalicon de studio legendi*, 5.5 (C.H. Buttmer ed., p.103, ll.7-10).

sed  
sciendum est quod in quolibet negotio duo sunt necessaria: opus uidelicet, et ratio operis, quae ita sibi connexa sunt, ut alterum sine altero aut inutile sit aut minus efficax.  
verumtamen melior, ut dicitur, prudentia est fortitudine, quia et pondera aliquando, quae viribus mouere non possumus, arte levamus. sic nimirum est in omni studio. qui sine discrecio operatur, laborat quidem, sed non proficit, et quasi aerem uerberans, vires in ventum fundit. aspice duos pariter silvam transeuntes, et hunc quidem per devia laborantem,  
illum vero recti itineris compendia legentem, pari motu cursum tendunt, sed non aeque perueniunt. quid autem scripturam dixerim nisi silvam, cuius sententias quasi fructus quosdam dulcissimos legendo carpimus, tractando ruminamus? qui ergo in tanta multitudine librorum legendi modum et ordinem non custodit, quasi in condensitate saltus oberrans, tramitem recti itineris perdit, et, ut dicitur, semper discentes, numquam ad scientiam peruenientes.  
tantum enim valet discrecio,  
ut sine ipsa et omne otium turpe sit, et labor inutilis.

Hugo de sancto Victore, *Didascalicon de studio legendi*, 5.5 (C.H. Buttmer ed., pp.103-4, ll.15-29, 1-3).